

*39. Instrumentum venditionis
di Bertoldo de Officza in
favore di Leonardo Pellippario*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*39. Instrumentum venditionis
di Bertoldo de Officza in
favore di Leonardo Pellippario*

1334-05-16

(c. 339v) Anno dominice incarnationis millesimo tricesimo trigesimo quarto, regnante domino nostro Roberto Dei gratia Hierusalem et Sicilie rege, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii ac Pedimontis comite, regnorum vero eius anno vigesimo sexto feliciter amen, die sextodecimo mensis madii, secunde inditionis, apud civitatem Potentie.

Nos Nicolaus de iudice Paulo iudex ditte civitatis Potentie, Angelus de Bonopari publicus eiusdem civitatis notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto puplico notumfacimus et testamur quod constitutus in nostri presentia Bertoldus de Offiza, civis et habitator ditte civitatis // (c. 340r) Potentie, vendidit, tradidit et per fustem assignavit magistro Leonardo Pellipparo, habitatori eiusdem civitatis Potentie, ibidem presenti, pro se et suis heredibus ementi et recipienti, subnominatas possessiones, videlicet domum unam sitam in ditta civitate Potentie, in parrochia Santi Michaelis, hiis finibus circumdatam: ab una parte tenet maior ecclesia Potentina, mediante muro comuni; a secunda parte tenet ditta ecclesia Santi Michaelis, mediante quintana vicinali; a tertia parte sunt menia ditte civitatis et si qui alii sunt confines. Item petiam unam terarum, sitam in tenimento ditte civitatis Potentie, in contrata Mali Coarcarii, hiis finibus circumdatam: ab una parte tenet ecclesia Santi Girardi, mediante vallono; a secunda parte tenent Nicolaus de Perio Fahono, Philippus de Cuccaro et Andreas de Gratiano, mediante sepe comuni, et Andreas de Lacupensuli, mediante limite comuni; a quarta parte tenent idem Bertoldus venditor, mediante sepe, Henricus Carcarellus et ecclesia Santi Elye, maioris

ecclesie Potentie et si qui alii sunt confines. Has autem domum et petiam terre predittas, qualiter sunt prescriptis finibus circumdatas per designata latera, una cum omnibus accessionibus et ingressionibus suis, idem venditor eidem emptori vendidit et tradidit, ut dittum est, pro unciis autem quatuor ponderis generalis, quas quidem uncias quatuor auri predittus Vernardus venditor fuit confexus et contentus a ditto magistro magistro Leonardo emptore se recepisse // (c. 340v) et integraliter habuisse, nomine pretii supraditti, totum silicet pretium venditionis ipsius, renuntians expresse idem venditor eidem emptori exceptioni non numerate pecunie, non ponderati et eletti argenti ac omni alii iuris et legum auxilio per quod posset ditto confexio seu venditio retrattari ac huius scripti tenor posset in aliquo minui vel infringi. Quapropter predittus venditor dedit et tradidit tam ditto emptori quam heredibus suis, liberam et omnimodam potestatem tenendi, possidendi, locandi, vendendi, donandi, permutandi, necnon et quocumque modo voluerint alienandi domum et petiam terre predittas. Promittens insuper dittus venditor <per se et suos heredes> eidem emptori et heredibus suis, pro se et heredibus suis legitime stipulanti, litem vel questionem ipsi emptori vel heredibus suis de dittis domo et petia terre ullo tempore non inferre nec inferenti consentire, sed ipsas domum et petiam terre predittas tam in proprietate quam in possessione ab omni homine legitime defendere, autorizare et disbrigare et predittam venditionem et omnia et singula suprascripta et infrascripta perpetuo firma, rata habere et tenere et non contrafacere vel venire, per se nec per alium, aliqua causa vel ratione, de iure vel de facto, in iudicio vel extra iudicium, sub pena unciarum auri quatuor, medietatem

ipsius pene reginali curie si secus inde fieret applicandam
et reliquam medietatem ipsi emptori vel heredibus suis,
«me predicto notario puplico pro parte ipsius curie
ac dicto emptore pro se et heredibus suis» penam //
(c. 341r) ipsam legitime et solemniter stipulantibus; et
pena soluta vel non soluta, predicta omnia et singula
in suo robore perseverent et ad maiorem cautelam
predictus venditor eidem emptori ad santa Dei evangelia,
corporaliter per eum libro tatto, iuravit predicta omnia
et singula observare et quodlibet premissorum et facere
ab omnibus observari. Insuper predictus venditor posuit
penes eundem emptorem fideiubsores de evitione
magistrum Iulianum de Oppido de predicta terra Potentie,
ibidem presentem et dittam fideiubersionem in se sponte
suscipientem «et voluntarie».

1

2

3

4

5

6

7

A Officza

A Pellipario

A Varcarii

A Perro

A Tarcarellus

A auri

A Bertholdus

6

8

9

Et taliter ego idem Angelus de Bonopari publicus
Potentie notarius, hoc presens publicum instrumentum
venditionis de mandato contrahentium preditorum
scripsi quia predittis omnibus rogatus interfui et
meo solito signo signavi; quod <autem> superius, in
prima linea, ubi legitur «tricesimo», interlineatum et
emendatum est per manus mei qui supra notarii, non vitio
sed errore et pro autentico habeatur, unde ut supra. (SN)
† Ego Nicolaus de iudice Paulo iudex civitatis Potentie
qui supra † Ego presbiter Iacobus de Piscitella interfui
† Ego presbiter Leonardus de Tranhedo interfui Ego
presbiter Iacobus de Iubo testis interfui † Ego Nicolaus
de Helia testis interfui

10

11

A perdurent

A auri

A Trachedo

A Rubo